



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

De sensu litterali tam in propria, quàm in translata significatione vocum.
disp. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](#)

Tertia conclusio. Non est absurdum, quod Scriptura sacra sub eisdem verbis habeat plures sensus literales. Probatur, quia cum autor Scripturæ sacrae sit Deus qui omnia suo intellectu comprehendit, poterit eidem verbis intendere plures sensus, quos talis verborum contextus recte permittit. Confirmatur auctoritate Augustini 12. Confessionum.

DISPV TATIO II.

De sensu literalitatem in propria, quam in translativa significacione vocum.

Conclusionses Diui Thomæ amplius explicantur. Atque vt à sensu literali, qui ordine primus est & aliorum fundamentum, incipiamus, siendum est, non posse aptius explicari, quam si dicamus, eis enim, quem Spiritus Sanctus ex significative ipsa vocum, aut Scripturarum, significare intendit. Cum vero in Scripturis sanctis (ut & in profanis, atque in communis vobis loquendi contingere solet) voces interdum sumuntur in significacione propria: interdum in translatia & in propria: quando propriè accipiuntur, sensus literalis est, quem in propria significacione efficiunt: quando vero in translatia sumuntur, sensus literalis erit, non quem in significacione propria, sed quem in translatia efficiunt. Augustinus lib. 3. de Doctrina Christiana capite quinto, & sexto, ait, ad illud quod secundo ad Corinthios capite tertio, dicitur, *litera occidit*, pertinere, si vel quae in translatia significacione paucim à Prophetis, atque in veteri testamento dicta sunt, quasi in significacione propria dicta essent, intelligantur: vel si in iis, quae in veteri teste, vt essent velut umbra & typus futurorum, ad tempus institute & præcepta sunt, literæ dumtaxat insitendo, solus sensus literalis queratur, neque inde transire velimus ad spiritualem sensum & intelligentiam eorum, quae preteritis illis signis adumbrata, atque in lege gratis impleta fuerunt. Atque in utroque misere obsecrati Iudei turpiter errant: *& hoc est velamen*, quod Paulus loco citato subiungit, *et que in badiuernum diem posuit esse super cor eorum in letione veteris testamenti: quod auferendum esse ait, a cordibus eorum, cum ad Dominum fuerint conversi.*

*Metaphora
quid.*
*In metapho-
ri quibus
figurata est
reterta, quis
sensu litera-
tula,*
Metaphora, vt Augustinus libro contra mendaciū capite decimo, affirmat, & Rethores communiter definiunt, est: *De re propria ad rem non propriam verbi aticūm usurpatā translatio*. In metaphoris ergo, quibus Scriptura facra referta est, sensus literalis non est, quem voces in significatione propria significant: sic enim falsus dicerejū, quod impium est effere: sed is, quem voces translaticiae propter rerum similitudinem significant. Quando igitur Christus Iohannis capite decimo quinto, ait, *se effe-
tum, Parere agricolam, discipulos ac alios fideles palmi-
tes, sensus verborum non est petendus ex propria si-
gnificatione eorum, sed ex similitudine rerum signi-
ficatarum, vitis, agricola, palmitum, &c. Ad imita-
tionem hanc vitis, ac palmitum, qui cum vite
coherent, Christus Dominus tandem ex meritis suis
vim crescendi & fructificandi fidelibus communica-
cat, quandiu cum eo coniuncti per fidem, spem &
charitatem permanent: præterque, ad modum agri-
cola, curam habet purgandi fideles, qui fructificant
& crescent, ut fructus plus afferant, atque etiam am-
putandi inutiles & infructuosos. Quando etiam
Matthæi, cap. 19, ait, *esse unuckos, qui se ipsos castra-**

A *viam proper regnum celorum, &c.* Non est tenus de castratione propria, quæ ab illo alia legitima causa omnino illata foret sub pena exclusionis à regno calisti, sed de castratione metaphorica per votum castitatis effecta, quo impotentes redditur ad usum matrimonij, instar eorum, qui verè castrantur: vide priores distinguunt Christus Dominus eo loco ab istis posterioribus, qui tales sunt ab hominibus. Similiter quando Christus Matthæi cap. 1. 8. iubet, *si oculus tuus scandalizat te, eruas cum, &c.* sensus non est, quem verba accepta in significacione propria efficiunt: id enim peccatum elicit lethale, sed metaphorice accipienda sunt: quare si metaphoræ sit in verbo *oculus*, hic erit sensus: ut si res perinde coniuncta atque dilecta, ac proprius oculus, scandalizat nos, eruamus eam, & à nobis abiiciamus: si vero sit folium in verbis, *erue & proice*, sensus erit, ut quo ad usum rerum, ex quibus scandalum patimur, abeamus nos instans, qui suum oculum eruimus, & à se abiecit. Eodam modo in parabolis, in quibus non sit comparatio, sensus literalis non est, sed significatio propria elicendus, sed ex translatia, quem vel postea explicat Scriptura, vel fidelicibus explicandum relinquunt, ut in illa Matthæi cap. 15. exiit, qui seminat C *seminare semen suum*, sensus literalis non est, quem verba in sua propria significacione sumptus significant, sed is, quem postea Christus explicavit discipulis. Idem dicendum est de parabola, quam Nathan Propheta 2. Regum cap. 12. proposita Daudi,

Propria z. Regum cap. 1. proposito. Notandum tamen est, multum interesse inter se militidinem & metaphoram: in metaphora enim transferuntur voces a sua propria significatione ad significandum aliquid aliud, propter similitudinem, quam habet cum rebus, quas voces propriè significant in similitudine vero nulla est translatio vocum, sed voces in sua propria significatione accipiuntur: quòd sit ut sensus literalis similitudinis pura sit, quem voces propriè significant. Vnde cum dicitur Apocalypsis, cap. 5, *vixit leo de tribu Iuda*, &c. quia est metaphoricè dictum, eo quod vox *leo* transfertur ad significandum Christum, qui similis est leoni secundum fortitudinem, sensus literalis non est, quem voces habent in sua propria significatione, sed in translatia & metaphoria. In hac verò 1. Petri 5. *Sobrii esto & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugens circuit*, &c. quia est pura similitudo, in eaque nomine leonis non significatur diabolus, sed leoni comparatur, sensus literalis accepitur secundum propriam verborum significationem.

F Ex quibus colligo, in parabolis, in quibus in Scriptura facra regnum cœlorum alicui rei comparatur, ut homini qui seminavit bonum semen, homini Regi, grano sinapis, fermento, &c. sensum literalem esse, quem voces sua propria significacione reddunt: quia, quod Scriptura diuina eisdem locis affirmit, est, regnum cœlorum huic, vel illi rei esse simile: quod verissimum est, acceptis vocibus in sua propria significacione: neque requiritur, quod illud, cui simile dicitur, ita futurum sit, vel fuerit a quando, ut similiter habet: quia Scriptura regnum cœlorum simile solum esse ipsi rei, non vero rem esse futuram, aut fuisse, alscrit.

Dubium est circa visiones Prophetarum, quas Scriptura in libris Prophetarum, &c. Apocalypsi narrat quis sit sensus literalis illorum locorum. Cum enim Propheta re vera visiones illas animo perciperint, quibus Deus in spiritu prophetico eis, res alias ostendebat, nempe bella figura, perfectiones Ecclesiae, &c. Et Scriptura in significatione propria

Literalis sensus in similitudinibus scripturae.

In visionibus propheticis literalis sensu sequuntur.

verborum afferat eas visiones notas Prophetis A fuisse , videretur , sensum literalem illorum locorum non esse alium , quā eos eiusmodi visiones habuissent , & non metaphoricum , quo videlicet significantur res , eisdem visionibus in spiritu propheticō vterius ostensa . Nihilominus dicendum est , cū intentio Spiritus sancti , & Prophetae , quando propheticē h̄aquantur sit , non tam manifestare Ecclesiæ visiones animo conceptas , quas habuerunt , quā predicere futura , quā illis visionibus prædicuntur , & reuelantur , similia loca Scriptura sacra potius literali exponenda esse in sensu metaphorico , quo significantur talibus visionibus ostensas , quā in sensu proprio , quo visiones ipsas significantur . Vnde quando Danielis cap . 8 . dicitur *Daniel vidisse bircum caprarum venientem ab occidente* , sensus literalis est , quād viderit Alexandrum Graecorum Regem in similitudine hirci sibi ostensem venientem ab occidente aduersus Regem Medorum atque Persarum , ut Scriptura ipsa eodem capite explicat . Ad quem modum exponenda sunt cetera loca in quibus Prophetæ narrant , se similes visiones vidisse . Quando tamen Scriptura sacra Genesios cap . 41 . narrat Pharaonem vidisse illud septem boum & septem spicarum somnum , sensus literalis secundum propriam significationem accipi debet , quo videlicet significatur Pharaonem tale somnium somnialis , quod te vera contigit : non verò metaphoricus , quo significentur septem anni vberitatis , & septem sterilitatis , qui illo somnio significabantur . Neque enim Pharaon somnum intellexit ante expositionem Ioseph , vt intenderet illud suis verbis significare : neque Scriptura illud narrat in persona Pharaonis : sed auctor libri Genesios est qui narrat , Pharaonem tale somnium habuisse , quo tamen Deus , tamquam in aximato , vberitatem & sterilitatem futuram Pharaoni significare volebat .

Quod de metaphora dictum est (quā adeò est frequens in Scriptura sacra , vt integer ferè liber Cantorum ad literam exponendus sit in sensu metaphorico , & non in sensu proprio) dicendum est etiam de aliis tropis , quibus verba transferuntur ad minus propriam significationem , vt de hyperbole , ironia , antiphraſi , id est , quasi contraria phrasis vſurpatio ex accommodatione vſus ad aliquid significandum , & ceteris . Vnde illud Genesios cap . 11 . *Faciamus turrim , cuius culmen pertingat usque ad celum* , cū per hyperbole sit dictum , in sensu literali ita exponendum est , id est , quā sit mira cuiusdam magnitudinis . Et illud Genesios cap . 3 . *Ecce Adam quis unus ex nobis factus est* , cū per ironiam sit dictum , ita accipendum est , ac si diceretur , longè aliter ei evenit , quām cogitauerit . Et Iob cap . 2 . *Benedic Deo , & more* , cū per antiphrasim sit dictum , exponendum est verbum benedic , pro maledic : qua etiam forma loquenti 3 . Regum 21 . Na both crimen illud falso obiectum est , quād benedixerit Deum , & Regem , id est , maledixerit .

Scriptura sacra quā maxime fieri possit exponenda est in sensu proprio.

Duo propterē circa sensum literalem sunt animaduertenda . Vnum est , vt iuxta regulam Augustini 3 . & Doctrina Christiana cap . 10 . quam maximē fieri possit , interpretemus Scripturam sacram in sensu literali proprio , neque recurramus ad metaphoram aut tropum , nisi iusta causa nos cogat . Vnde Hieronymus ad Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitanū & Epiphanius in Epistola ad Iosinēm Hierosolymitanū Episcopum , & in libro anchorato : Methodius in Dialogo cui titulus est Aglaophon (vix Sixtus Senensis libro quinto , Bibliotheca annotatio . 33 . refert) merito reprehendit

A Originem , quād plantationem terrestris Paradisi in sensu metaphorico exponat pro arboribus namque Angelos , pro fluminibus caelestes virtutes interpretatus est : id autem Scripturam sacram ludibrio exponit , atque historiae veritatem minuit . Naturat & D. Ambrosius lib . 2 . In Lucam cap . 22 . quād illud Ioannis 18 . de Petro , *Frigus erat , caligine erat* , se dicat intelligendum esse ad literam , non de vero frigore , sed metaphorico , hoc est , caritatis tempore , quo affectus erat .

Alterum verò est , Scripturam sacram , vbi cumque introducit personam loquentem , quam mentiri non deceat , habere sensum literalem verum , vel in propria , vel metaphorica , seu translatitia significatione verborum : alia Scriptura posset esse falsa in sensu literali , quod nullo modo est ascendum . Quare quando Gregorius quarto Moralium , atque alibi sapè , & Origenes quarto Periarchon capite secundo , atque alii Patres dicunt : vbi deficit litera , ad mysterium esse recurrentem , ita fālē sunt intelligentiae , vt hoc tantum velint , vbi deficit litera , in sensu videlicet proprio , recurrentem esse ad sensum metaphoricum seu translatitium . Eodem modo expoundens est Dionysius quando Apocalypsim Ioannis vocat mysticam revelationem : Sancti enim mysticum sensum appellant , quemcunque sub litera latenter , sive literalis sit , sive spiritualis . Dixi , vbi introducit personam loquentem , quam dedecet mentiri , habere sensum literalem verum : quia quando introducit demonem , vel personam ex proprio spirite ac autoritate loquentem , sermo loquentis poterit esse falsus , qualis est ille Diaboli apud Lucam 4 . cap . *Hec omnia mihi tradita sunt ; & cu volo , do illa* . Ratio est , quia Scriptura solū afferit , narratque à tali persona mendacium illud dictum fuisse , quod verissimum narrat : non verò , vt à se ipsa dictum nobis proponit .

DISPUTATIO III.

Vtrum idem locus Scripturae habere posse multos sensus literales.

Augustinus 12 . confessionum cap . 20 . 24 . 26 . & 1 / 2 scriptura locis habere posse plures , sensus literales .

E potissimum 31 . itē 3 . libro de Doctrina Christiana cap . 27 . in ea est sententia , vt affirmet , eundem locum Scriptura habere posse multos sensus literales , quorum singuli ab Spiritu sancto sint ibi intenti , idēque innuit 11 . de Civitate Dei cap . 19 . Eandem sententiam sequuntur D. Thomas hoc loco , & quodlibet septimo articulo 16 . & de potentia Dei , quāst . 4 . art . 1 . Abulensis super illud Matthæi 2 . ex *Egypto vocavi filium meum* , & super cap . 13 . Matthæi quāst . 28 . Lyranus super cap . 8 . Danielis , Diedo de Ecclesiasticis dogmatibus cap . 2 . Canus 2 . de locis cap . 1 . & plerique alij , ēt que nobis sententia hæc amplectenda , sicut valde probabilis : neque enim autores illius eam , vt omnino certaine affirmit .

Atque præter rationem D. Thomæ hoc loco , probatur , Quoniam si Spiritus Sanctus , vt Ioannis cap . 11 . in illo nefario consilio de occidendo Christo Domino , vñus fuit lingua Cypriæ Pontificis ad prophetandum rem longè diuerlam ab ea , quam Cypriæ sua locutione intendebat , ac re ipsa significauit , cū dixit : *Expedit , vt unus homo moriatur pro populo , ne tota gens pereat* : quā verba duplice sensum literalem habent : Vnum , qui iniqua mente Pontificis respondebat , de occisione Christi , vt feruatur

Cypriæ prophetauit , verbaque illius duplice sensum habent .